

Scriptural Rosary

Symbolum Apostolorum

CREDO in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Pater Noster

PATER NOSTER, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Ave Maria

AVE MARIA, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostrae. Amen.

Glória

GLORIA Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Oratio Fatima

O MI IESU, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

Oratiões ad Finem Rosarii Dicendae

SALVE, Regina, mater misericordiae, vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevae. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria. Amen.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus

DEUS, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit, concede, quaesumus: ut haec mysteria sacratissimo beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio ad Sanctum Michaëlem

SANCTE Michael Archangele, defende nos in proelio, contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium. Imperet illi Deus, supplices deprecamur: tuque, Princeps militiae coelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute, in infernum detrude. Amen.

Angele Dei

ANGELE Dei, qui custos es mei, Me tibi commissum pietate superna; (Hodie, Hac nocte) illumina, custodi, rege, et gubernas. Amen.

Actus Contritiōnis

DÉUS meus, ex toto corde poenitet me omnium meorum peccatorum, eaque detestor, quia peccando, non solum poenās a Te iuste statutas promeritus sum, sed praesertim quia offendi Te, summum bonum, ac dignum qui super omnia diligaris. Ideo firmiter propono, adiuvante gratia Tua, de cetero me non peccatorum peccandique occasiones proximās fugitūrum. Amen.

MYSTERIA GAUDIOSA

1. = primum mysterium; 2. = secundum; 3. = tertium; 4. = quartum; 5. = quintum

1. MYSTERIUM GAUDIOSUM: QUEM, VIRGO; CONCEPISTI - Submission to God

1. in mense autem sexto missus est angelus Gabrihel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo David et nomen virginis Maria (Lk. 1:26-27)
2. et ingressus angelus ad eam dixit have gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus (Lk. 1:28)
3. quae cum vidisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio (Lk. 1:29)
4. et ait angelus ei ne timeas Maria invenisti enim gratiam apud Deum. (Lk. 1:30)
5. ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius Iesum. (Lk. 1:31)
6. hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in aeternum et regni eius non erit finis. (Lk. 1:32-33)
7. dixit autem Maria ad angelum quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco (Lk. 1:34)
8. et respondens angelus dixit ei Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi ideoque. (Lk. 1:35)
9. et quod nascetur sanctum vocabitur Filius Dei. (Lk. 1:35)
10. dixit autem Maria ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum et discessit ab illa angelus. (Lk. 1:38)

2. MYSTERIUM GAUDIOSUM: QUEM VISITANDO ELISABETH PORTASTI - Love of our neighbor

1. exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda et intravit in domum Zacchariae et salutavit Elisabeth. (Lk. 1:39-40)
2. et factum est ut audivit salutationem Mariae Elisabeth exultavit infans in utero eius (Lk. 1:41)
3. et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth. (Lk. 1:41)
4. et exclamavit voce magna et dixit benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. (Lk. 1:42)
5. et beata quae credidit quoniam perficientur ea quae dicta sunt ei a Domino. (Lk. 1:45)
6. et ait Maria magnificat anima mea Dominum et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. (Lk. 1:46-47)
7. quia respexit humilitatem ancillae suae ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. (Lk. 1:48)
8. quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius. (Lk. 1:49)
9. et misericordia eius in progenies et progenies timentibus eum. (Lk. 1:50)
10. mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus et reversa est in domum suam. (Lk. 1:56)

3. MYSTERIUM GAUDIOSUM: QUEM, VIRGO, GENUISTI - Humility

1. haec autem eo cogitante ecce angelus Domini in somnis apparuit ei dicens Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est. (Mt. 1:20)
2. pariet autem filium et vocabis nomen eius Iesum ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. (Mt. 1:21)
3. hoc autem totum factum est ut adimpleretur id quod dictum est a Domino per prophetam dicentem ecce virgo in utero habebit et pariet filium et vocabunt nomen eius Emmanuel quod est interpretatum Nobiscum Deus exurgens autem Ioseph a somno fecit sicut praecepit ei angelus Domini et accepit coniugem suam.' (Mt. 1:22-24)
4. factum est autem in diebus illis exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis. ...ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam civitatem David quae vocatur Bethleem eo quod esset de domo et familia David ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnate (Lk. 2:1), (Lk. 2:4-5)
5. factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies ut pareret et peperit filium suum primogenitum et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio quia non erat eis locus in diversorio. (Lk. 2:6-7)

6. et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigiliis noctis supra gregem suum. (Lk. 2:8)
7. et ecce angelus Domini stetit iuxta illos et claritas Dei circumfulsit illos et timuerunt timore magno et dixit illis angelus nolite timere. (Lk. 2:9-10)
8. ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus Dominus in civitate David (Lk. 2:10-11)
9. et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium gloria in altissimis Deo et in terra pax in hominibus bonae voluntatis. (Lk. 2:13-14)
10. et venerunt festinantes et invenerunt Mariam et Ioseph et infantem positum in praesepio videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. (Lk. 2:16-17)

4. MYSTERIUM GAUDIOSUM: QUEM IN TEMPLO PRAESESENTASTI - Obedience

1. et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Mosi tulerunt illum in Hierusalem ut sisterent eum Domino. (Lk. 2:22)
2. et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Symeon et homo iste iustus et timoratus expectans consolationem Israel et Spiritus Sanctus erat in eo. (Lk. 2:25)
3. et responsum acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini. (Lk. 2:26)
4. et venit in Spiritu in templum et cum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo et ipse accepit eum in ulnas suas et benedixit Deum et dixit. (Lk. 2:27-28)
5. nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. (Lk. 2:29)
6. quia viderunt oculi mei salutare tuum quod parasti ante faciem omnium populorum. (Lk. 2:30-31)
7. et benedixit illis Symeon et dixit ad Mariam matrem eius ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur. (Lk. 2:34)
8. et tuam ipsius animam pertransiet gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. (Lk. 2:35)
9. et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini reversi sunt in Galilaeam in civitatem suam Nazareth. (Lk. 2:39)
10. puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia et gratia Dei erat in illo. (Lk. 2:40)

5. MYSTERIUM GAUDIOSUM: QUEM IN TEMPLO INVENISTI - Fidelity to our duties

1. et cum factus esset annorum duodecim ascendit illis in Hierosolimam secundum consuetudinem diei festi. (Lk. 2:42)
2. consummatisque diebus cum redirent remansit puer Iesus in Hierusalem et non cognoverunt parentes eius. (Lk. 2:43)
3. existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos. (Lk. 2:44)
4. et non inveniētes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. (Lk. 2:45)
5. et factum est post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius. (Lk. 2:46-47)
6. et videntes admirati sunt et dixit mater eius ad illum fili quid fecisti nobis sic ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. (Lk. 2:48)
7. et ait ad illos quid est quod me quaerebatis nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse (Lk. 2:49)
8. et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos. (Lk. 2:50)
9. et descendit cum eis et venit Nazareth et erat subditus illis et mater eius conservabat omnia verba haec in corde suo. (Lk. 2:51)
10. et Iesus proficiebat sapientia aetate et gratia apud Deum et homines. (Lk. 2:52)

MYSTERIA DOLOROSA

1. MYSTERIUM DOLOROSUM: QUI PRO NOBIS SANGUINEM SUDAVIT - Contrition for our sins

1. tunc venit Iesus cum illis in villam quae dicitur Gethsemani et dixit discipulis suis sedete hic donec vadam illuc et orem et adsumpto Petro et duobus filiis Zebedaei coepit contristari et maestus esse. (Mt. 26:36-37)
2. tunc ait illis tristis est anima mea usque ad mortem sustinete hic et vigilate mecum (Mt.26:38)
3. et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis et positus genibus orabat. (Lk. 22:41)
4. et progressus pusillum procidit in faciem suam orans et dicens mi Pater si possibile est transeat a me calix iste verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu. (Mt. 26:39)
5. et venit ad discipulos et invenit eos dormientes et dicit Petro sic non potuistis una hora vigilare mecum vigilate et orate ut non intretis in temptationem spiritus quidem promptus est caro autem infirma (Mt. 26:40-42)
6. apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum et factus in agonia prolixius orabat et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. (Lk. 22:44-43)
7. ecce adpropinquavit hora et Filius hominis traditur in manus peccatorum. (Mt. 26:45)
8. adhuc ipso loquente ecce Iudas unus de duodecim venit et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus a principibus sacerdotum et senioribus populi. (Mt. 26, 47)
9. et confestim accedens ad Iesum dixit have rabbi et osculatus est eum. (Mt. 26:49)
10. dixitque illi Iesus amice ad quod venisti tunc accesserunt et manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt eum. (Mt. 26:50)

2. MYSTERIUM DOLOROSUM: QUI PRO NOBIS FLAGELLATUS EST - Mortification of the senses

1. et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et universo concilio vincientes Iesum duxerunt et tradiderunt Pilato et interrogavit eum Pilatus tu es rex Iudaeorum at ille respondens ait illi tu dicis (Mk. 15:1-2)
2. respondit Iesus regnum meum non est de mundo hoc si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei decertarent ut non traderer Iudaeis nunc autem meum regnum non est hinc dixit itaque ei Pilatus ergo rex es tu respondit Iesus tu dicis quia rex sum ego ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati omnis qui est ex veritate audit meam vocem (John 18:36-37)
3. ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. (Lk. 22:69)
4. dixerunt autem omnes tu ergo es Filius Dei qui ait vos dicitis quia ego sum (Lk. 22:70)
5. tunc ergo adprehendit Pilatus Iesum et flagellavit. (John 19:1)
6. et ascendet sicut virgultum coram eo et sicut radix de terra sitiens non est species ei neque decor et vidimus eum et non erat aspectus et desideravimus eum; despectum et novissimum virorum virum dolorum et scientem infirmitatem et quasi absconditus vultus eius et despectus unde nec reputavimus eum. (Is.53:2-3)
7. vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. (Is. 53:4)
8. ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras adtritrus est propter scelera nostra disciplina pacis nostrae super eum et livore eius sanati sumus. (Is. 53:5)
9. et velaverunt eum et percutiebant faciem eius et interrogabant eum dicentes prophetiza quis est qui te percussit. (Lk. 22:64)
10. Pilatus autem volens populo satisfacere dimisit illis Barabban et tradidit Iesum flagellis caesum ut crucifigeretur. (Mk. 15:15)

3. MYST. DOLOROSUM: QUI PRO NOBIS SPINIS CORONATUS EST - Disregard of human respect

1. milites autem duxerunt eum intro in atrium praetorii et convocant totam cohortem. (Mk. 15:16)
2. et induunt eum purpuram et inponunt ei plectentes spineam coronam. (Mk. 15:17)
3. et coeperunt salutare eum have rex Iudaeorum (Mk. 15:18)
4. et percutiebant caput eius harundine et conspuebant eum et ponentes genua adorabant eum (Mk. 15:19)
5. exiit iterum Pilatus foras et dicit eis ecce adduco vobis eum foras ut cognoscatis quia in eo nullam causam invenio (John 19:4)

6. et purpureum vestimentum et dicit eis ecce homo (John 19:5)
7. cum ergo vidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes crucifige crucifige (Jn. 19:6)
8. Pilatus vero dicebat eis quid enim mali fecit at illi magis clamabant crucifige eum (Mk15:14)
9. dixit eis Pilatus regem vestrum crucifigam (Jn 19:15)
10. tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur susceperunt autem Iesum et eduxerunt (Jn. 19:16)
4. MYSTERIUM DOLOROSUM: QUI PRO NOBIS CRUCEM BAIULAVIT - Patience in our trials
1. et postquam inluserunt ei exuerunt eum clamydem et induerunt eum vestimentis eius et duxerunt eum ut crucifigerent Mt. 27:31)
2. exeuntes autem invenerunt hominem cyreneum nomine Simonem hunc angariaverunt ut tolleret crucem eius. (Mt. 27:32)
3. sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum quae plangebant et lamentabant eum. (Lk. 23:27)
4. conversus autem ad illas Iesus dixit filiae Hierusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete et super filios vestros (Luke 23:28)
5. ducebantur autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur. (Lk.23:32)
6. et venerunt in locum qui dicitur Golgotha quod est Calvariae locus et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum et cum gustasset noluit bibere. (Mt. 27:33-34)
7. postquam autem crucifixerunt eum diviserunt vestimenta eius sortem mittentes et sedentes servabant eum. (Mt. 27:35-36)
8. dicebat autem ad omnes si quis vult post me venire abneget se ipsum. (Lk. 9:23)
9. et tollat crucem suam cotidie et sequatur me. (Lk. 9:23)
10. qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet illam nam qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet illam. (Lk. 9:24)
5. MYSTERIUM DOLOROSUM: QUI PRO NOBIS CRUCIFIXUS EST - Pardon of injuries
1. Iesus autem dicebat Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. (Lk. 23:34)
2. et dicebat ad Iesum Domine memento mei cum veneris in regnum tuum et dixit illi Iesus amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso (Lk 23:42-43)
3. cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat dicit matri suae mulier ecce filius tuus (Jn. 19:26)
4. deinde dicit discipulo ecce mater tua et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. (Jn. 19:27)
5. et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna dicens Heli Heli lema sabacthani hoc est Deus meus Deus meus ut quid dereliquisti me (Mt. 27:46)
6. postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt ut consummaretur scriptura dicit sitio vas ergo positum erat aceto plenum illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius. (Jn. 19:28-29)
7. cum ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est (Jn. 19:30)
8. et clamans voce magna Iesus ait Pater in manus tuas commendo spiritum meum et haec dicens expiravit. (Lk. 23:46)
9. erat autem fere hora sexta et tenebrae factae sunt in universa terra usque in nonam horam et obscuratus est sol et velum templi scissum est medium. (Lk. 23:44-45)
10. acceperunt ergo corpus Iesu et ligaverunt eum linteis cum aromatibus sicut mos Iudaeis est sepelire. (Jn. 19:40)

MYSTERIA GLORIOSA

1. MYSTERIUM GLORIOSUM: QUI RESURREXIT A MORTUIS - Love of prayer

1. vespere autem sabbati quae lucescit in primam sabbati venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum. (Mt. 28:1)
2. et ecce terraemotus factus est magnus angelus enim Domini descendit de caelo et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum. (Mt. 28:2)
3. erat autem aspectus eius sicut fulgur et vestimentum eius sicut nix prae timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui respondens autem angelus dixit mulieribus nolite timere vos scio enim quod Iesum qui crucifixus est quaeritis non est hic surrexit enim sicut dixit venite videte locum ubi positus erat Dominus. (Mt. 28:5-6)
4. et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit et ecce praecedit vos in Galilaeam ibi eum videbitis ecce praedixi vobis. (Mt. 28:7)
5. cum esset ergo sero die illo una sabbatorum et fores essent clausae ubi erant discipuli propter metum Iudaeorum venit Iesus et stetit in medio et dicit eis pax vobis. (Jn. 20:19)
6. conturbati vero et conterriti existimabant se spiritum videre. (Lk. 24:37)
7. et dixit eis quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra videte manus meas et pedes quia ipse ego sum palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. (Lk. 24:38-39)
8. et hoc cum dixisset ostendit eis manus et latus gavisus sunt ergo discipuli viso Domino. (Jn. 20:20)
9. dixit ergo eis iterum pax vobis sicut misit me Pater et ego mitto vos. (Jn. 20:21)
10. dixit ei Iesus ego sum resurrectio et vita qui credit in me et si mortuus fuerit vivet et omnis qui vivit et credit in me non morietur in aeternum credis hoc. (Jn 11:25-26)

2. MYSTERIUM GLORIOSUM: QUI IN CAELUM ASCENDIT - Desire for Heaven

1. eduxit autem eos foras in Bethaniam et elevatis manibus suis benedixit eis. (Lk. 24:50)
2. et accedens Iesus locutus est eis dicens data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. (Mt. 28:18)
3. euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. (Mt. 28:19)
4. docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. (Mt. 28:20)
5. qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero non crediderit condemnabitur (Mk. 16:16)
6. et factum est dum benediceret illis recessit ab eis et ferebatur in caelum. (Lk. 24:51)
7. et cum haec dixisset videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. (Acts. 1:9)
8. qui et dixerunt viri galilaei quid statis aspicientes in caelum hic Iesus qui adsumptus est a vobis in caelum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. (Acts. 1:11)
9. et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. (Lk. 24:52)
10. et Dominus quidem postquam locutus est eis adsumptus est in caelum et sedit a dextris Dei. (Mk. 16:19)

3. MYSTERIUM GLORIOSUM: QUI SPIRITUM SANCTUM MISIT - Gifts of the Holy Ghost

1. et ego rogabo Patrem et alium paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in aeternum. (Jn. 14:16)
2. paracletus autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis. (Jn. 14:26)
3. quia Iohannes quidem baptizavit aqua vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. (Acts. 1:5)
4. sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos et eritis mihi testes in Hierusalem et in omni Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae. (Acts. 1:8)
5. et cum conplerentur dies pentecostes erant omnes pariter in eodem loco et factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum ubi erant sedentes. (Acts. 2:1-2)

6. et apparuerunt illis dispersitae linguae tamquam ignis seditque supra singulos eorum. (Acts. 2:3)
7. et repleti sunt omnes Spiritu Sancto et coeperunt loqui aliis linguis prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. (Acts. 2:4)
8. erant autem in Hierusalem habitantes Iudaei viri religiosi ex omni natione quae sub caelo sunt facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes (Acts. 2:5-6)
9. Petrus vero ad illos paenitentiam inquit agite et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum et accipietis donum Sancti Spiritus. (Acts. 2:38)
10. qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt et adpositae sunt in illa die animae circiter tria milia. (Acts. 2:41)

4. MYSTERIUM GLORIOSUM: QUI TE IN CAELUM ASSUMPSIT - Grace of a happy death

1. inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. (Gn. 3:15)
2. ipsa conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius. (Gn. 3:15)
3. et signum magnum paruit in caelo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum duodecim. (Rv. 12:1)
4. Pater, quod dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam... (Jn. 17:24)
5. Quam ob causam mater nobis in ordine gratiae exstitit. (Lumen Gentium §61)
6. In coelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed multiplici intercessione sua pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis. (Lumen Gentium §62)
7. quia respexit humilitatem ancillae suae. (Lk. 1:48)
8. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. (Lk. 1:48)
9. ego diligentes me diligo et qui mane vigilant ad me invenient me... qui me invenerit inveniet vitam et hauriet salutem a Domino. (Prov. 8:17, 35)
10. et dilectus meus loquitur mihi surge propera amica mea formosa mea et veni. (Song 2:10)

5. MYSTERIUM GLORIOSUM: QUI TE IN CAELO CORONAVIT - Filial devotion to Mary

1. quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius. (Lk. 1:49)
2. eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribae velociter scribentis. (Ps. 44:2)
3. speciosus forma prae filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te Deus in aeternum. (Ps. 44:3)
4. Virgo enim Maria ... eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis, coelestibus et terrestribus, longe antecellit. (Lumen Gentium §53)
5. ego flos campi et lilium convallium. (Song 2:1)
6. nunc ergo filii audite me beati qui custodiunt vias meas. audite disciplinam et estote sapientes et nolite abicere eam. (Prov. 8:32-33)
7. Dominus eam elegit. Dominus eam elegit antequam nata est. (Div. off.)
8. totam sancta et ab omni peccati labe immunis. (Lumen Gentium §56)
9. Patres Mariam non mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide et oboedientia humanae saluti cooperantem censent (Lumen Gentium §56)
10. benedicta es tu filia a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram. (Judith 13:23)

MYSTERIA LUMINOSA

1. MYSTERIUM LUMINOSUM: QUI APUD IORDANEM BAPTIZATUS EST - Regeneration

1. ego quidem vos baptizo in aqua in paenitentiam qui autem post me venturus est fortior me est cuius non sum dignus calciamenta portare ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni (Mt 3:11)
2. respondit Iohannes dicens omnibus ego quidem aqua baptizo vos venit autem fortior me cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni (Lk 3:16)
3. ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni (Lk 3:16)
4. altera die videt Iohannes Iesum venientem ad se et ait ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi (Jn 1:29)
5. Iohannes autem prohibebat eum dicens ego a te debeo baptizari et tu venis ad me (Mt 3:14)
6. respondens autem Iesus dixit ei sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam (Mt 3:15)
7. tunc dimisit eum. (Mt 3:15)
8. baptizatus autem confestim ascendit de aqua et ecce aperti sunt ei caeli (Mt 3:16)
9. et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam venientem super se. (Mt 3:16)
10. et ecce vox de caelis dicens hic est Filius meus dilectus in quo mihi conplacui (Mt 3:17)

2. MYSTERIUM LUMINOSUM: QUI IPSUM REVELAVIT APUD CANENSE MATRIMONIUM - Intercession

1. et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae et erat mater Iesu ibi. (Jn 2:1)
2. vocatus est autem ibi et Iesus et discipuli eius ad nuptias. (Jn 2:2)
3. et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum vinum non habent (Jn 2:3)
4. et dicit ei Iesus quid mihi et tibi est mulier nondum venit hora mea (Jn 2:4)
5. dicit mater eius ministris quodcumque dixerit vobis facite (Jn 2:5)
6. dicit eis Iesus implete hydrias aqua et impleverunt eas usque ad summum. (Jn 2:7)
7. et dicit eis Iesus haurite nunc et ferte architriclino et tulerunt (Jn 2:8)
8. ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam et non sciebat unde esset ministri autem sciebant qui haurierant aquam vocat sponsum architriclinus. (Jn 2:9)
9. et dicit ei omnis homo primum bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est tu servasti bonum vinum usque adhuc (Jn 2:10)
10. hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et manifestavit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius. (Jn 2:11)

3. MYSTERIUM LUMINOSUM: QUI REGNUM DEI ANNUNTIAVIT - Life after death

1. et dicens quoniam impletum est tempus (Mk 1:15)
2. et adpropinquavit regnum Dei (Mk 1:15)
3. paenitemini et credite evangelio (Mk 1:15)
4. et venerunt ferentes ad eum paralyticum ...cum vidisset autem Iesus fidem illorum ait paralytico fili dimittuntur tibi peccata (Mk 2: 3-5)
5. ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata ait paralytico tibi dico surge tolle grabattum tuum et vade in domum tuam Mk 2: 10-11)
6. dixit autem ad mulierem fides tua te salvam fecit vade in pace (Lk 7:50)
7. propter quod dico tibi remittentur ei peccata multa quoniam dilexit multum cui autem minus dimittitur minus diligit (Lk 7:47)
8. ...venit Iesus et stetit in medio et dicit eis pax (Jn 20: 19)
9. hoc cum dixisset insuflavit et dicit eis accipite Spiritum Sanctum (Jn 20: 22)
10. ... sicut misit me Pater et ego mitto vos (Jn 20: 21)

4. MYSTERIUM LUMINOSUM: QUI TRANSFIGURATUS EST - Glory of God

1. factum est autem post haec verba fere dies octo et adsumpsit Petrum et Iohannem et Iacobum et ascendit in montem ut oraret. (Lk 9:28)
2. et factum est dum oraret species vultus eius altera et vestitus eius albus refulgens. (Lk 9:29)
3. et ecce duo viri loquebantur cum illo erant autem Moses et Helias. (Lk 9:30)
4. visi in maiestate et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. (Lk 9:31)
5. Petrus vero et qui cum illo gravati erant somno et evigilantes viderunt maiestatem eius et duos viros qui stabant cum illo. (Lk 9:32)
6. et factum est cum discederent ab illo ait Petrus ad Iesum praeceptor bonum est nos hic esse et faciamus tria tabernacula unum tibi et unum Mosi et unum Heliae nesciens quid diceret. (Lk 9:33)
7. haec autem illo loquente facta est nubes et obumbravit eos et timuerunt intrantibus illis in nubem. (Lk 9:34)
8. et vox facta est de nube dicens hic est Filius meus electus ipsum audite (Lk 9:35)
9. et dum fieret vox inventus est Iesus solus (Lk 9:36)
10. et ipsi tacuerunt et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quae viderant. (Lk 9:36)

5. MYSTERIUM LUMINOSUM: QUI EUCHARISIAM INSTITUIT - Body and Blood / Soul and Divinity

1. dicit ei Iesus ego sum via et veritas et vita nemo venit ad Patrem nisi per me (Jn 14:6)
2. ... qui vidit me vidit et Patrem (Jn 14:9)
3. et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam ut glorificetur Pater in Filio. (Jn 14:13)
4. pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. (Jn 14:27)
5. ego sum vitis vera et Pater meus agricola est. (Jn 15:1)
6. si praecepta mea servaveritis manebitis in dilectione mea sicut et ego Patris mei praecepta servavi et maneo in eius dilectione. (Jn 15:10)
7. haec mando vobis ut diligatis invicem. (Jn 15:17)
8. cenantibus autem eis accepit Iesus panem et benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait accipite et comedite hoc est corpus meum. (Mat 26:26)
9. et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens bibite ex hoc omnes (Mat 26:27)
10. hic est enim sanguis meus novi testamenti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. (Mat 26:28)

DIVINE MERCY CHAPLET

Signum Crucis

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Pater Noster (Oratio Dominica)

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur Nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.

Ave Maria (Salutatio Angelica)

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostrae. Amen.

Symbolum Apostolorum

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

On the Our Father Beads

Pater Aeterne

Pater aeterne, offero tibi Corpus et Sanguinem, animam et divinitatem dilectissimi Filii Tui, Domini nostri, Iesu Christi, in propitiatione pro peccatis nostris et totius mundi.

On the Decade Beads

Pro dolorosa Eius passione, miserere nobis et totius mundi.

Three times at the end

Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis,
miserere nobis et totius mundi.